

## CAPUT V.

DE

LAPIDIBUS NULLA CERTA  
FIGURA GAUDENTIBUS, QUI  
ΑΜΟΡΦΟΙ APPELLANTUR.

## §. 1.

**O**rdo & methodus jubent, ut in hoc capite, de *Lapiāum αμορφῶν* varietatibus aliquid delibem, præsuppositis lapidum, cūm in genere, tum in specie, definitionibus: quæ ab aliis auctoribus traditæ sunt, quare hoc labore supersedeo.

§. 2. Primum se offert SAXUM ARENARIUM, quod variis in locis agri nostri reperi: de quo monendum, quod unum genus, si ex terra fodiatur, tam *molle* sit, ut leviori ictu & allisu in frusta dissiliat: si vero aëri exponatur, sensim atque sensim indurescat, firmioremque cohæsionem acquirat: quale saxi genus in *Sebergo* prope *Gotham* urbem inveni: alterum genus *valde durum* est & *firmissime cohæret*, cuius petræ passim in agro nostro occurrunt. Colores inter se discre-

D

pant,